Syſt. Th. I. 19 (Ink.)

Clariſſimo theologo ſacratiſſimi dei ſtudij expoſitori magiſtro Michael wildeck: inſignis eccleſie Baſilienſis ad populū declamatori doctiſſimo: preceptori maioriqꝫ ſuo longe obſequendo. Sebaſtianus Brant Salutem.

Diuū Hieronymū in eo quē ſup Regum libro ſcriptū reliquit ꝓlogo: vir clariſſime totiuſqꝫ ſacre pagine decus: nō ignoras hortari vnūquēqꝫ in dei tabernaculum offerre quod pōt. Nec rurſus tuam latet humāitatē: dei tabernaculum etiam in militante conſiſtere eccleſia: vt in ſecretoꝝ ſuoꝝ reuelatione Johānes ipſe tonitrui filius teſtatur: Ecce tabernaculum inquit dei cum hominibus: ⁊ habitabit cum eis. Ego vō cū ab ineūti etate ſacre fidei initiatus lauacro ad id adniti ſedulo obſtrictus fuerim: quo iuxta ſaluatoris noſtri doctrinā ab huius peregrinationis exilio: ad eterna recipi merear tabernacula: ⁊ ꝯſequi ꝑfectius tabernaculū non manufactum (vt inquit Apoſtolus) ſed viuis ꝯſtructum ex lapidibus. Factum eſt vir p̄ſtantiſſime: vt nihil vnq̄ꝫ in vita iucundius mihi fuerit q̄ꝫ circa bonas verſari litteras: illiſqꝫ omnē mea ꝓ virili impēdere operam: quo ⁊ ocij mei (cuius etiā Catho rationē reddi oportere cenſuit) aliqua extarēt monimenta. Ne fortaſſis illi ſeruo (quod vtinam abfore ſperem) ſimilis comperiar: qui dominicū talentū ad opus ſibi traditū abſcondit. Et quia vt p̄clare a Platone dictū eſt: Non ſolum nobiſipſis nati ſumus: ſed ortus noſtri partē patria: partē vendicāt amici. Statui ⁊ ego homūcio aliquem in tabernaculum domini mei peculiariter mihi tradite nunc offerre vſuram. Atqꝫ bonoꝝ libroꝝ imp̄ſſionibus eo ſedulius manum operamqꝫ meam (tam ⁊ ſi tenuem ⁊ aridam) apponere: quo illoꝝ crebra: atqꝫ a plurimis ſtudioſis repetita lectione: viuos ipſos eterni tabernaculi lapides erigi poſſe. ⁊ video ⁊ comꝑtum habeo. Incidi autem nuper in librū quendam magiſtri Johannis de ſancto Geminiano viri in omni genere doctrine eruditiſſimi: cuius titulus ē de Similitudinibus: eo ꝙ per varia rerum omnium tam naturalium q̄ꝫ ſpūalium ſubtilia exempla: quaſi per picturatas imagines ſimilitudinem aptā concinnamqꝫ effingit. Que quidem multaꝝ rerum exempla: diuerſis varijs hominum moribus ⁊ actibus adaptant̄. Mirum eſt difficileqꝫ dictu p̄ſtantiſſime vir: quantū ex eiuſdem libri relectione voluptatis hauſerim. Cum autem is quē dixi libellus declamatorius cōtionatoriuſqꝫ diuini pabuli ſit ꝑ quā oportunus ⁊ cōmodus: cui potius q̄ꝫ tibi viro celeberrimo dedicarem habui neminem quippe cū tua p̄ſtantia: neqꝫ declamādi neqꝫ ad populū contionandi parcit laboribus: neqꝫ optimaꝝ interea remittit ſtudia litteraꝝ. Accedit ad hoc ſingularis tua beniuolentia qua me tibi familiarem charūqꝫ habere ſemꝑ voluiſti. Et quia indies video nō mediocres ex te naſci virtutes: adoleſcereqꝫ ⁊ ꝑfectas fieri: vnde fit: vt ita in amore tuo detinear: vt de te ornādo iam ꝓdem cogitarim: ne fruſtra me dilexiſſe: egregiaqꝫ in me virtute impune vſus fuiſſe videare. Cum autem nihil aliud amicicia noſtra dignū tibi obſeruande magiſter ad preſens referre potuerim: neqꝫ tamen cuiq̄ꝫ in te amando cedam: Ne tamen nulla mei erga te amoris extarent monimenta: vtqꝫ humanitatis officio ſatiſfacerē: Idcirco haſce ad te deſtinaui lr̄as: q̄tenus dilectiōis noſtre teſtes eſſent: atqꝫ ꝑpetue mee in te obſeruantie indices. Nunc autem ⁊ diu feliciter vale. Ex edibus noſtris Baſilee. xvij. kl̄as Februarij: Anno. M. cccc. xcix.

LANDES- UND STADT-BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf